546.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/1
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

L VII 194

OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK DER WISSENSCHAFTEN

57 – 100.

210/53

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/2
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

68

I. R. S.

*PUPUM SCITISSIMUM*

# ALBINUM,

*OCULUM*

## MICHAELIS FETTERI,

MINISTRI ECCLESIÆ GORLIC. PRIMARII,

PATRIS,

*OSCULUMVE*

## CLARÆ EUSEBIÆ METIÆ,

MATRIS,

D. XXX. MARTII cIↄ Iↄc LXXI. NAT.

D. XXI. MAJI cIↄ Iↄc LXXII. DENAT.

*IN*

IPSA CONTUMULATIONIS PANEGYRI

D. XXIV. MAJI A. E.

ΣΥΜΠΑΘΩΣ

LUGENT

GYMNASII GORLICENSIS

MAGISTRI.

---

*GORLICI*

*TYPIS CHRISTOPHORI ZIPPERI.*

PDN 9046111

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/3
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/4
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

Die Tulipanen in den Gärten itzo prangen/
Und die Narciſſen auch zublühen ſchön anfangen/
Bald aber blühen auß/ und beyde fallen ab/
Wann wenig Zeit vorbey: So eilt der Menſch zum Grab.
Der eine eilt/ wenn er kaum auff die Welt gebohren/
Der andre ſtirbet hin/ und wird zwar nicht verlohren/
In ſeiner zarten Blüth/ wann er kaum hat zubracht
Ein Jahr/ und nicht vielmehr/ doch Eltern Freud gemacht.
Er/ Herr Gevatter/ kan uns deſſen Zeugniß geben
Bey ſeinem rühmlich hier geführten Ampt und Leben:
Da ſein **Albingen** ab mit den Narciſſen blüht/
Und weg von hinnen mit den Tulipanen zieht.
Wol Jhm! Jn ſeiner Bluth iſt es vollkomen worden/
Und blühet ewig nun dort in dem Engel-Orden:
Der Himmels-Gärtner hat diß Blümgen hin ins Land
Verſetzet/ wo ſonſt nichts als Frühling iſt bekant.

Seinem Hochgeehrten Herrn Gevatter
und werthem Hertzens-Freunde
ſchriebs zum Troſt
in Eil

**Chriſtian Funcke/**
Gymnaſii Rect.

## *Ad pl. Rev. & Præ-Clariſsimum Virum,*
# DN. MICHAELEM FETTERUM,
## Eccleſ. Gorlic. Miniſtrum Primarium longè merentiſſimum,
*Dominum & Fautorem venerandum.*

*UT flos languidulum caput reclinat,*
*Expirans properè graves ad Auſtros;*
*Aut Phœbi nimio calore marcens:*
*Sic, ſic delicium Tuum, Parentis*
*Spes, ac dulce decus, toriq́ bellus,*
*Eheu! Floſculus occidit repente:*
*Heu! FETTERE, minor cadit repente*
*Proles maſcula, liliiq́ ritu*
*Verni languidulum caput reclinat,*
*Feſtinæ ſicilice meſſa Mortæ.*
*Aſt, ut vere novo novis comare*
*Calthas, lilia, floribus videmus,*
*Narciſſos, violas, roſas videmus;*
*Quid? nardos, caſias, crocos videmus;*
*Et lætâ facie recens nitere:*
*Sic olim* breve lilium, Puellus,
*Fautor devenerande, vere lucis*

*Extremæ capiet novum decorem,*
*Mirè conſpicuus novo vigore,*
*Mirè conſpicuus novo nitore:*
*Quin jam conſpicuus decore mentis,*
*Translatæ in Polici plagam Vireti.*
*Quarè, quod facis, hæcce tela, burgo*
*Miſſa è cælite, corde chriſtiano*
*Ac forti excipies, & ore Jobi*
*Hæc dices:* Dominus deditq́;, *& idem*
Abſtulit Dominus. Sit ejus *ævum*
*Ter ſanctum* benedictum *in omne* nomen.
*Is, quos Filiolo dies amato*
Subtraxit, *numero bonus tuorum*
Addat *fœnore cum gravi dierum:*
*Porrò ut ſpargere puriora poßis*
*Verbi ſemina in audientûm agellos*
*Cum fructu ubere per Poli favorem.*

Obſervantiam & *συμπάθειαν*
declaraturus deſeſtinabat

M. ABRAHAM VECHNERUS,
Gymn. Pro-Rect.

*Ad*
## *Mœſtiſſimum Dn. Parentem*
### Προσφώνημα.

„HUmanam mentem Pater exuit ille: ſuorum
„ Qui liberorum funera haut flet acriùs.
„ Chriſtjanam mentem Genitor ſed & exuit ille:
„ Qui fletibus neſcit modum dare debitum.
Hoc Monitum, Noſtræ Doctor Venerande Sionis,
Tua mî Suäda ſuggerebat optimum:
Triſtia filiolæ qvum nuper juſta pararem.
Nec absq; fructu. Queſtibus dabam modum.
Quippe tuis nôram divina Oracula verbis
Congrua: cuilibet tuo ut ſunt dogmati.
Quid quæſo, Euſebies palmaris adorea, fingam
Doloris ad tui levamen aptius:
Dum ſoboli Lacheſis vitaî ſtamina rupit
In flore primo ætatulæ tenellulæ?
Utilius quid Te moneam: niſi ut ipſe medelam,
Meo applicatam pectori, applices tuo?
Sicmodus humanum luctum non deſeret æqvus:
Nec ulla Chriſtiana lex violabitur.
Pax quantò eſt potior bellò, nece vita, ſalusq;
Infirmitate corporis multiplici:
Conditio tantò eſt melior: quam filius infans,
Pro terreâ, jam nactus eſt in Æthere.

Heic

Heic nos circumſtant hoſtiles undiq; Turbæ:
Exagitat innocui ſitis quas ſangvinis.
Heic Mundi alliciunt nos prava exempla maligni.
Vitioſa carnis heic premit vis pectora.
Heic furit umbrarum Princeps: & noxia geſtat
Animas in humanas vibranda ſpicula.
Heic Mors exultans piceâ trabe tetra minatur:
Laqueosq; circumfert inevitabiles.
Heic miſera affligunt tot ſævi corpora morbi:
Penitus eorum numerum inire ut neſcias.
Aſt illic, ubi jam cum ſanctâ cœpit ovare
Cohorte Spiritus beatus filii,
Agmina, quæ retuli, non ſunt ſubeunda Malorum:
Æterna ſed potiùs tenenda ſunt Bona.
Quidni igitur charo gratére, Vir Optime, Nato,
De cœlicæ beatitatis munere?
Pacem pro bello, vitam pro morte, ſalutem
Adeptus eſt infirmitate pro ſuâ.
An quid pro Nato Patri felicius ulli
Potuit, poteſt, poteritvé votis expeti?

*In acerbi doloris lenimentum*
*αὐτοσχεδίως factum*
*à*

MARTINO RICHTERO,
Gymnaſ. Con-Rect.

In

# In præmatnrum Obitum ALBINI FETTERI, Puſionis ſcitiſſimi oris & moris.

E*Rgò* FETTERI *quoq; Mors intravit in ædes,*
*In quibus aßiduè vota precesq; ſonant?*
*Ergò Sacerdotum fervens Oratio ſcevam*
*Acceſſu Mortem non prohibere poteſt:*
*Quò minus illorum charißima pignora lecti,*
*Ceu teneras plantas, falce tagace metat?*
*Scilicet immitis Mors ſurdas obſerat aures,*
*Votaq; Myſtarum reſpuit atq; preces.*
*Cor,* FETTERE, *tuum rigido nunc ſangvinat enſe*
*Transfixum: lachrymis lumina mœſta madent.*
*Namq; Tibi fera Mors, Buſiride ſævior ipſo,*
*Mox perturbavit gaudia læta Domus:*
*Dum tenerum corpus Lethæâ cuſpide fixit*
Gnati, *cui meritò parceret ipſe Gyges.*
*Qui fultura Domus, & deſtina fixa Senectæ,*
*Ornamen poterat Gentis & eſſe tuæ.*
*Quamvis* ALBINI *nigredo corporis* albos
Artus *inficiet, cùm teget oſſa ſolum:*
*Attamcn* ALBINI *Mens* albicat *usq; cruore*
*Purpureo* CHRISTI, *quo benè lota nitet.*

*Vivit,*

*Vivit, & in CHRISTI floreſcens corpore purus*
*Vivifico palmes germinat ante DEUM.*
ALBINI *nomen ſcripſit DEUS ipſus in* Albo
*Vitæ, cùm ſacrâ perlueretur aquâ.*
*Nil morbi immanis truculentia juris in illum*
*Amplius aut Mortis cruda tyrannis habet.*
Albis ALBINUS *indutus* veſtibus *atram*
*Nunc mortem ridet, perpetuumq́ valet.*
FETTERO *luctum venerando mitiget atrum,*
*Qui colit aſtriferi candida tecta poli.*

Condolens ſcribeb.
ANTONIUS Schmidt/
Gymn. Sub-R.

---

*Filiolus ad Dominum Parentem.*

CHare Parens nimios deponas corde dolores,
Et parcas lacrymis ora rigare tuis.
Vita licet periit, vivo tamen, inq́; perennem
Lætitiam verſum eſt, quod fuit ante dolor.
Mortuus Angelicis ſuſceptus ſvaviter ulnis,
In Chriſti foveor lætus ovansq́; ſinu.
Ne luge amiſſum: ſed fallor: namq́; volebam,
Præmiſſum ad cœli gaudia læta, loqui.

*Hæc lugenti animo*
*obſerv. ergò f.*
C. M. C.

*NE te conficias*, Vir pervenerande, *dolore*
*Tanto, mortali ſtat ſua cuiq; dies.*
*Implevit curſum vitæ modò, crede*, puellus,
*Inter & aligeros vivit ovatq;*, tuus.
*Illi quin potius tantos grateris honores,*
*Tanta &, queîs fruitur, gaudia, in arce DEI.*

MATTHÆUS SEYLERUS.

---

Albinus Fetterus puellus olim amabilis,

*ἀναγραμματισθεὶς,*

*mutato i in o & u in a:*

*Ille in polo eſt ubi ſumma ſalus. Fert alba.*

DEponas luctus ob chari funera Nati,
Multis nominibus, Vir Venerande, mihi.
*Ille polo in* nitido nunc degit Filius ævum.
*Eſt ubi ſumma ſalus*, eſt ubi vera quies.
Ante thonum Jovæ nunc ſtat, ſine fine triumphat,
Et fruitur placita proſperitate poli.
Et *fert* â Domino veſtimenta *alba* ſalutis,
Hinc verè *Albinus* dicier ille poteſt.

*Epitaphium.*

Quis jacet hic? Puer, *Albinus* prænomine dictus:
Expectat reditum, maxime Chriſte, tuum.
In terris gratus fuit Ipſus utriq; Parenti:
In cœlis jamnunc gratior Ille DEO eſt.

*In lenimentum moeſtiſsimorum Parentum paucula hæc addere voluit, debuit*

THEOPHILUS VECHNERUS.

## Sonnet.

Nichts iſt es auſſer GOtt/ daß von der Eitelkeit
Entnommen/ dörffte nicht ſein flichtig Weſen enden:
Die Sternen wechſeln ab/ die Sonne muß ſich wenden/
Bald Süd/ bald Nordenwerts/ es tauſcht ſich Zeit mit Zeit/
Die Steine werden alt/ ein Purpur-gleiches Kleid
Wird endlich Mottenraub/ es roſtet untern Händen
Der zache Stahl/ auch ſelbſt der Menſch in allen Ständen
Verblaſſet/ krancket/ ſtirbt. O ſchnöde Nichtigkeit!
Diß iſts/ betrübtes Paar/ daß eben auch verblichen
So ſchnell (a) ein Theil von Euch/ der Augen liebe Luſt!
Der Cörper iſt verſtarrt/ die Seel iſt abgewichen.
O Jammer/ denen/ die ihn fühlen/ wohl bewuſt!
Doch diß iſt merckens werth: Ihr ſolts alsdann empfangen/
Wenn Sterne/ Sonn und Stein/ Stahl/ Purpur iſt vergangen.

(a) Partem parentum liberos dici poſſe, dubium non eſt, de eorum quippe ſunt ſanguine.

Zu Bezeugung ſeiner Schuldigkeit und Chriſtlichen Condolentz übergeben
Von
GREGORIO Schönen.

---

## Madrigal
An
Die Hochbetrübten Vornehmen
lieben Eltern.

WIe mancher Norden-Sturm im Leben
Pflegt auff uns Menſchen zuzuſpielen?
Viel Trauer-Fälle täglich auff uns zielen:
In-

Indem uns GOtt die Ehepflåntzlein nimt
In zarter Blůth gantz unvermuthet weg/
Und zeiget alsdenn uns den Trauer-Steg.
O Traurigkeit!
Da Ihr zu dieſer Frůhlings-Zeit/
Geehrte Eltern/ můſt allhier erfahren:
Daß/ was Ihr habt geliebet/
Nun durch den Tod von Hertzen Euch betrů-
Wie auch geſchah vor wenig Jahren. (bet:
Doch wer ſich nur auff GOtt verlåſt/
Dem allzeit Er des Troſtes Wind zublåſt.
Drůmb haltet ja dem Himmel ſtill/
Weil Er es ſo mit Euch hier machen will.

Alexander Vogel/
Coll. IX.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/15
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

Oberlausitzische Bibl. Görlitz
1006931 8

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id448839997/16
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK